



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

V. De accusatoribus, vel accusationibus, quas saeculi leges non admittunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

III.

Placuit, vt accusatus vel iudicatus a comprouinciali-
bus in aliqua causa episcopus licenter appellat, & adeat
apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se, aut per vi-
carios suos, eius retractari negotium procuret. Et dum
iterato iudicio pontifex causam suam audit, nullus alias
in eius loco ponatur aut ordinetur episcopus, quoniam
quamquam a comprouincialibus episcopis accusati cau-
sam pontificis scrutari liceat, non tamen definiri, incon-
sulto Romano pontifice, permisum est, cum beato Pe-
tro apostolo, & non ab alio quam ab ipso dictum sit Do-
mino: *Quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis.*

IV.

Si quis putauerit se a proprio metropolitano grauari,
apud primatem dioceſeos, aut penes vniuersalis apostoli-
cæ ecclesiæ papam, iudicetur.

V.

Accusatores & accusations, quas leges saceruli non ad-
sciscunt, & nos vnanimiter submouemus. Nec fiat in di-
stricta probatione impietas, cum recta sit iudicij in ele-
ctione sententia.

VI.

Nullus episcopus alterius parochianum præfumat reti-
nere, aut ordinare absque eius episcopi voluntate, vel iu-
dicare, salua tamen in omnibus apostolica auctoritate:
quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita & diiudicatio: quo-
niam censemus nullum alterius iudicis nisi sui sententia
teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare
vllatenus poterit.

VII.

Si quis erga episcopum, vel actores ecclesiæ, se proprium
habere crediderit negotium, non prius adeat iudices,
quam ad eos recurrat caritatis studio, vt familiari col-
loquio commoniti, ea sanare debeant quæ in querimo-
niam deducuntur. Quod si aliter egerit, communione
priuetur.

VIII.

Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis
expoliatum rebus, aut a fede pulsum, excommunicare

3. qu. 6. Accusatus.

2. qu. 6. Si quis puta-
uerit.

3. qu. 5. Accula-
tores.

2. q. 7. Si quis erga &
in decreto.
Alex. pap.

2. q. 2. Nul-
lus potest
conuocari.